Caesar, Gaius Iulius; Glareanus, Henricus Loriti [Oth.]: C. Ivlii Caesaris Commentarii
Friburgi Brisgoiae, 1546 Seite 253



mine tertiam, quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. iubet tradi. in eius locum. XIII. legionem in Italiam mittit, quæ præsidia tueretur. ex quibus præsidijs. XV. deducebatur. Ipse exercitum distribuit per hyberna, C. Trebonium cum legionibus. IIII. in Belgio collocat. C. Fabium cum totidem in Heduos deducit. Sic enim existimabat tutißimam fore Galliam, si Belgæ, quorum maxima uirtus, & Hedui, quorũ authoritas summa esset, exercitibus continerentur. Ipse in Italiam profectus est. Quo cum uenisset, cognoscit, * per C. Marcellum Cons. legiones duas ab se * remissas, quæ ex S.C. deberẽt ad Parthicum Bellum Duci Cn. Pompeio traditas, atque in Italia retentas esse. Hoc facto, quanquam nulli erat dubium * quin arma contra Cæsarem pararentur, tamen Cæsar omnia patienda esse statuit, quo ad sibi spes aliqua relinqueretur, iure potius disceptandi, quàm Belli gerendi.

LV

* à Paulo, & Marcello Conß.

* missas

* quidnã contra Cæsarem pararetur

Vid. infr. Glareani annotationes pag. 108. — 112.

# C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIuili liber primus.

Cap. I.

LITERIS à Fabio C. Cæsaris Consulibus redditis, ægrè ab ijs impetratum est summâ Tribunorum Pleb. contentione, ut in Senatu recitarentur. Vt uero ex literis ad Senatum referretur impetrari non potuit. Re-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/caesar1546/0288
gefördert durch Baden-Württemberg